

tionibus, & aliis rebus promulgatam si est iusta, faciam censura Ecclesiastica firmiter observari, cuius tenor talis est: Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Archidiacono . . .

salutem, & Apostolicam benedictionem. Dilecta in Christo Abbatissa s. Marie Aquensis humiliter supplicavit, ut . . . Ecclesiam s. Michaelis de Zebeo super possessionibus, & rebus . . . iusticia promulgatam . . .

robur faceremus . . . 10
ea scripta mandamus, quatenus sententiam ipsam, sicuti est iusta, facias per censuram Ecclesiasticam appellatione remota firmiter observari. Data Signi VII. Kalendas julii Pontificatus nostri ann. XV. Quapropter nos auctoritate, qua fungimur precipiendo mandamus, quatenus secunda die post festum s. Andree coram presentiam nostram vos representetis, & quod iustum fuerit, divina dante gratia vobis notificabimus.

Actum est hoc in Alexandria &c.

Ego Scots Notarius Sac. Pal. &c.

Appellatio in causa Mon. s. Mich. cum Abbatissa S. M. Aquensis a Gualterio Abb. Papien., & Episc. Cremon. ad Arcidiaconum Aquens. Ex Tabul. S. M. A.

52

MCCXII.

Anno Domini millesimo ducentesimo duodecimo 30
indictione XIV. die sabbati I. mensis decembris in Papia apud monasterium s. Petri in Celo aureo in presentia &c. Henricus Scalionus procurator Abbatisse, & Monialium s. Marie de Campis de Aquis, pro ut in carta una a Jacobo Notario tradita continetur, appellavit a D. Gualterio Abbate suprascripti monasterii s. Petri in Celo aureo a D. Cremonensi Episcopo Apostolice Sedis legato, iudice delegato in causa, que vertitur inter predictam Abbatissam ex una parte, & Priorissam, & Moniales s. Michaelis de Zibido ex alia, 40
dicens, quod in ea causa non poterat procedere, quia ipsa causa commissa erat a Domino Papa Archidiacono Aquensi &c.

Ego Petrus de Curtemala sacri Palatii Notarius &c.

Venditio D. Vilielmi de Meladio possessionum, & iurium suorum in Bublico, s. Julia, & Cassinasco D. Nicolao de Bublico. Ex Tabul. Eccl. Maj.

53

MCCXVIII.

Anno Domini millesimo ducentesimo decimo octavo XIII. Kal. novembris in Meladio, prope castrum, in presentia infracriptorum testium. Jacobus filius quondam domini Wilielmi de Meladio vendidit, & tradidit in allodium domino Nicolao de Bublico totum illud, quod ipse habet, & tenet, & possidet, & alter pro eo habet, & tenet, & est visus habere, & tenere, & possidere in Bublico, 60
in sancta Julia, & Cassinasco, in villis, & castris, & in pertinentiis predictorum locorum, scilicet terras cultas, & incultas, homines, arbores, vi-

neas, prata, nemora, jurisdictionem, cortile, for-
fiam, & virtutem, districtum, districtum, item cas-
fas, piscarias, & ripaticos aquarum, & patrona-
tus Ecclesiarum predictorum locorum, & omnes
alias res, quas in predictis locis, & in pertinen-
tiis predictorum locorum habet, cum omnibus ac-
cessionibus suis, finito pretio denariorum bonorum
Januensium librarum centum, de quo pretio supra-
scriptus venditor renunciavit exceptioni non tra-
diti, & non numerati pretii, se bene quietum te-
nuit, & pagatum, renunciens illi legi, que dicit,
quod venditor deceptus ultra dimidiam iusti pretii
recipiatur, & beneficio restitutionis in integrum,
& cuilibet alio legum beneficio tali modo, quod
prenominatus emptor suprascriptam venditionem
liberam, absolutam habeat, & teneat, atque possi-
deat, & ex ea toto tempore vite sue, & eredum
suorum jure proprio, quidquid voluerint, faciant,
sine omni contradictione istius venditoris, & ejus
20 eredum, vel successorum suorum. Insuper preno-
minatus venditor suprascriptam venditionem, supra-
scripto emptori, & suis eredibus, seu cuicumque
eam dederint, aut alienaverint ab omni homine,
& in omni tempore cum stipulatione subnixi de-
fendere promisit. Quod si defendere non posset,
aut per quodvis ingenium subtrahere vellet;
tunc &c.

Mutuatio facta pro Canonicis Aq. de quadam pecunia vi a Marchione Manfredo de Uxetio. Ex Tabul. Eccl. Maj.

MCCXXV.

54

Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimoquin-
to indic. decimatertia die jovis vigesimaquarta
aprilis in clauistro Majoris Ecclesie Aquensis Do-
minus Presbyter Lanfranchus, Dominus Ardicio
Archipresbyter de Melazo, Magister Paulus, &
Magister Enricus ejusdem Ecclesie Canonici resi-
dentes in eadem Ecclesia pro Capitulo nomine ipsius
Ecclesie ex mutuo fuerunt confessi se se recepisse
a Domino Manfredo de Uxetio den. bon. Pap.
lib. 23. quod debitum ipsi Canonici
profitebantur se fecisse pro utilitate jam dicte Ec-
clesie, videlicet prosequendi causam, quam habent
cum monasterio s. Petri super jure Parrochiali,
quos denarios ei stipulanti, vel ejus certo misso
usque ad VI. menses proximos sub pena dupli red-
dere promiserunt Insuper Enricus
50 Blancus, Otto Veri, inde debitores principaliter,
& personaliter in omnem causam se constituerunt
promittentes in omnibus observare dicto Capitulo
non observante, renuntiantes, quod non possint op-
ponere se intercessisse pro Clericis, obligantes om-
nia bona sua &c.

Interfuere testes Gulielmus Sardo, Facientis, Wil-
helmus Petrus Baril, & Petrus Lavagna,

Ego Petrus Notarius S. P. &c.